

nus appellabatur, nihil respondet. Erat enim per se manifestum mendacium.

V S V S.

1. Exemplo Christi nec nos omnia ad vivum resecemus. Denn öffentliche Lügen sind keiner Antwort werth.

2. Concessa est autem cuiq; Christianorum legitima sui defensio.

3. Præsertim autem Ecclesiæ pastores, veram doctrinam defendant, & contra dicentes refutant.

Tit: I.

II. Quidnam suum officium docet:

Honoro Patrem meum.

V S V S.

1. Exemplo Christi Ecclesiæ pastores etiam infensissimos suos hostes diligenter instituant.

2. Honoremus & nos patrem nostrum cœlestem, verbis, opere, corde.

III. Conqueritur de Judæorum contumaciâ: *Vos ignominiâ affecistis me, &c.*

V S V S.

Hæc adhuc hodie fors est fidelium ministrorum Ecclesiæ, ut ignominiâ afficiantur. *1. Reg. 22. Esa: 57. Hof. 4. Mich: 7. Actor: 17. ca.* Non autem taceant ad hæc mundi peccata, sed exemplo Christi re-

H 4

prehen-